



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 95. Actum de pace Franciam inter & Angliam

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. Hujus Sancti Doctoris opera in qua  
 A. C. 1444. tuor tomos nonnisi tractatus morales ac  
 asceticos complectentes divisa exstant,  
 quibus insertum habetur duplex, ut vo-  
 cant, *Quadragesimale*, quos tamen sermo-  
 nes ob diversitatem styli ex ejus calamo  
 profluxisse, negant Critici. Praeter edi-  
 tionem Venetiis anno Christi millesimo  
 quingentesimo nonagesimo primo factam,  
 alia Parisiensibus literis Anno sexcentesi-  
 mo trigesimo quinto supra millesimum  
 duobus majoris formæ voluminibus ex-  
 cusa habetur.

## §. XCV.

*Aetum de pace Franciam inter & Angliam.*

Cum ambo Reges, Gallus, Anglusque  
 ob diuturnum bellum viribus, & ani-  
 mo fracti essent, Henricus VI. ex ceteris pri-  
 mus pacis fundamenta jacturus, de con-  
 ditionibus egit, consensitque, ut urbs quæ-  
 dam Gallorum imperio subjecta nomina-  
 retur, in qua conventus agi deberet. Se-  
 ligebatur ad faniendam concordiam Tu-  
 ronium, ad quam urbem convenere Re-  
 gis Angliæ nomine Comes Suffolciæ, &  
 Robertus de Rore. Ablegabat Burgun-  
 diæ Dux Joannem Crojum Hannoniæ  
 Prætorem: A Rege autem Franciæ illuc  
 Decreti fuere Dux Aurelianensis, Vindo-  
 cinen-

cinensis Comes, Petrus Brezeus, & Ber. Sæcul. XV.  
trandus de Beauveau.

A.C. 1444.

§. XCVI.

*Induciæ in Turonensi conventu  
paetæ.*

Actum cum eadem obstacula, quæ olim pa- *Joan. Char-*  
cem impediebant, ne cum e medio *tier. hift.*  
sublata essent, ægre unius anni induciæ *Car. VII.*  
obtineri poterant, quæ a die quinta deci-  
ma Maji inchoatæ, nihilosecundus usque ad  
annum millesimum quadringentesimum  
quadragesimum octavum subinde proro-  
gatæ fuerunt, pacto etiam connubio, quo  
Margarita Renati Andegavensis Ducis  
Filia Angliæ Regi jungeretur.

§. XCVII.

*Galliarum Regis copiæ extra Regni  
fines in aciem duæ.*

Franciæ Rex, cum copias suas pluri-  
mum auctas cerneret, paucasque in-  
duicias haud fore diuturnas pertimesce-  
ret, illas a signis dimittere nec poterat,  
nec debebat. Quapropter eas ad exte-  
ram belli expeditionem e Regno educe-  
re constituit; nec illi deerat occasio e re-  
nata. Jam dudum enim Fridericus Im-  
perator, & Sigismundus Austriæ Dux il-  
lius frater adversus Helytios subsidia-  
rium